



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

XXXV. Burchard, Erzbischof von Magdeburg, bekennt, daß er die Güter, die ihm Johann von Plotho resignirt, den Grafen Busso und Ulrich von Lindow zu verleihen habe, sobald diese sich ihm persönlich ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

foro, et wernerus de Afchersleue et quam plures alii fide digni. Datum et actum Anno domini Millefimo ducentesimo nonagesimo septimo, In die policarpi episcopi et martiris.

Aus dem Copiario des Klosters unserer lieben Frauen in Magdeburg (S. 36) No. 59.

XXXV. Burchard, Erzbischof von Magdeburg, bekennet, daß er die Güter, die ihm Johann von Blotho resignirt, den Grafen Buffo und Ulrich von Lindow zu verleihen habe, sobald diese sich ihm persönlich stellen, am 24. November 1301.

Nos Borchardus, dei gratia sancte magdeburgensis Ecclesie archiepiscopus, Recognoscimus publice per presentes. Quod bona, que Johannes de plote senior in nostra constitutus presencia libere resignavit, sic contulimus Henningo de Bardeleue, Ottoni Randewici et Ottoni de Wulue, militibus ad manus nobilium virorum Buffonis et olrici, Comitum de Lindowe, quod eadem bona predictis nobilibus conferre debemus et debemus, cum iidem nobiles se nostro conspectui poterunt presentare, Exceptis tamen bonis, que filio quondam Johannis Junioris de plote contulimus iusto titulo pheodali. In cuius rei testimonium nostrum Siggillum presentibus est appensum. Datum magdeburg, anno domini MCCC primo, In vigilia beate Katherine virginis.

Nach einer alten Copie im Copiario No. 43 D. f. 3 im Königl. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

XXXVI. Die Kalandsherren zu Loburg schenken das Patronat zu Gerden mit 8 Hufen zu Pehz an das Kloster Leitzkau, im Jahre 1301.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nos luderus, decanus, Henricus, Camerarius, Ceterique fratres Kalendarum Ecclesie Sancti laurencii in lowborch, vniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis In vero salutari salutem. Que gerunter in tempore ex facili euanescent cum tempore et de gestis hominum eciam laudabilibus dura de facili emergit calumpnia, nisi causa memorie obliuio rerum per scripti memoriam auferatur. Sciat ergo presentis et futuri temporis posteritas, Quod nos maturo ac diligenti prehabito consilio cum communi consensu et vnanimi voluntate Ecclesie Sancte Marie Sanctique eleutherii in liczeka Jus patronatus Ecclesie sancti nicolai ville gherdene, quod ad nos pure donacionis Tytulo pervenerat, cum octo mansis sitis circa villam desolatam dictam pecz et proprietate eorundem, quibus annexum est seu adheret idem jus patronatus ecclesie predicte, quos in subsidium seu leuamen pauperum ac debiliu fratrum nostrorum seu comparacionem luminum apud nobiles viros ac dominos henricum, canonicum Maioris